IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 44r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



quibus iudicia dei placent

Letamini in domino qui iuste omnibus retribuit gaudio interiori et exultate gaudio exteriori et vos recti corde qui conformatis voluntatem vram voluntati diuine glamini in domino bona opa vra ad glam dei referentes

Psalmus 32 In quo propheta exhortat fideles laudare deum

Exultate o iusti in domino non in mundo alias non essetis iusti non em est iustus qui non gaudet in iusticia deus aut iustus est et iusticias diligit et declarans quoz laudaco sit deo accepta subiungit dicens rectos decet collaudaco recti aut dicunt qui conformant voluntati diuine que est prima regula rectitudinis a qua qui deuiat distortus et curuus est

Circa modum laudandi deum ppha describens instrumenta musice spualis quibus diuine laudes sunt cantande dicit

Laudate dominu in cithara .i. in opibus actiue uite et spalterio .i. in opibus contemplatiue uite que sursu deo tendut p obseruanciam decem preceptorum

Cantate ei canticu gre q nouus homo nouus rex attulit mundo cantate ei quia incarnatus est cantate quia natus est nobis cantate quia legem nouam dedit mundo cantate quia passus est cantate quia resurrexit quia ascendit et sedet ad dexteram pris noua sut omia ista cantica et a prioribus inaudita bene psallite ei bonis operibus leticia maiori qua potestis

Cantate dico domino Quoniam verbum pmissionis eius rectum et verum est in omnibus et nullum fallit